

Bonifacius Romanus an. III mens. VIII d. XIII, sepultus via Salaria.

Iste constituit, ut servus nullo modo clericus fiat nec obnoxius curiae vel in corpore vitatus vel.....
et nulla morada pallam sacram contingeret vel incensum
poneret. Indict. VIII.

Celestinus Romanus an. VIII mens. I dies X, sepultus via Salaria.

Iste constituit, ut psalmi David ante sacrificium canerentur
et nullos sacros ignoret canones et nullus bigamus vel
viduae maritus fiat sacerdos. Sancta synodus Ephesina
facta est. Indict. XV.

Hilarius Romanus an. VIII d. XX, sepultus via Tyburtina.

Iste accusatus de adulterio in synodo purgatus est, dam-
natis accusatoribus eius. Ipse constituit ecclesiamque
maior dicitur, et constituit, ut nullus episcopus paro-
chiam alterius praesumat invadere. Indict. IV.

Leo Tuscus an. XXI mens. I d. XXVIII, sepultus apud s. Petrum.

Iste Eutyrianam haeresim superavit. Eius tempore
sancta synodus Chalcedonensis facta est. Iste consti-
tuit privilegia ecclesiarum, et ab omni officio
deponatur ut sacrilegus, et monachas velamen non
accipere de manu episcopi nisi probata fuerit eius
virginitas et nullum neophitum vel indoctum pres-
byterum vel episcopum fieri.

Hylarius Sardus an. VI mens. III d. X, sepultus via Tyburtina.

Iste constituit, ut quicumque episcopus vel ecclesiae pre-
positus pravorum aliquod crimen commiserit vel a suis
praedecessoribus commissum invenerit, festinet emendare,
si non vult proprio carere officio. Indict. III.